

275

273

260

279

et lata fuit. In hac spelunca in facies nostras procidimus,  
precantes Dei misericordiam, et indulgentias accepimns (†).

269

De loco, in quo Judaei volebant Apostolis corpus  
beatae Virginis rapere, dum illud ad sepulchrum  
deferrent.

284

264

324

Acceptis indulgentiis reascendimus, et domum exeuntes  
contra vallem descendimus, montem Oliveti habentes ex oppo-  
sito contra orientem, et civitatem Jerusalem ad sinistram, et  
ecclesiam Syon ad dextram. Ad locum autem venimus, ubi  
Judaei hoc sacrilegium perpetrare conati sunt. Defuncta enim  
gloriosissima Virgine Maria, cum corpus ejus per Apostolos  
de monte Syon deferretur, ut illud sepulturae traderent in  
valle Josaphat, et cum cantu et laetitia descenderent usque  
huc: ecce Judaei, cognita causa illius processionis, de civi-  
tate cum armis eruperunt, et in turmam officio exsequiarum  
deservientium et feretrum concomitantium se ingesserunt,  
eosque stare fecerunt, furio infecti veteris odii contra glo-  
riosam Virginem. Intendebant enim corpus sacratissimum  
rapere, et tamquam cadaver odiosum projicere, et discipulos  
dispergere. Stabant autem, et vocibus magnis clamabant:  
themea keseza i. e. polluta meretrix. Unus autem de eis  
audacter accedens et utraque manu loculum arripiens, ad  
terrā cum corpore sacro conabatur dejicere. Sed statim  
ut manibus feretrum contigit, ambae manus cum brachiis  
aruerunt, ut trunci inutiles dependentes (101A). Porro ad  
hoc prodigium miser ille compunctus, et alii adversarii con-  
territi stabant timore et confusione pleni. Paralyticus autem  
jussit brachia dependentia sibi super corpus sacram poni, et  
statim sanatus Christianus effectus est. Caeteri vero in  
civitatem confusi redierunt, et discipulos sum sacro corpore  
abire permiserunt in locum sepulturae in Gethsamini. In  
hoc ergo loco Salve Regina legimus, et indulgentiis acceptis  
recessimus (†).

224

374

174

Ende

Anfang

